

Band V., Nr. N24, Seite 410-411

Bischof Otto von Würzburg vergleicht in Verbindung mit dem Ansbacher Propst und Archidiakon den Bruder Hartmann, welcher an dem Ort Dürssbronn ein Kloster zu bauen begonnen, und den Pleban Sigloh von Insingen wegen der von letzterem an diesen Neubau erhobenen Ansprüche.

Ohne Ortsangabe, 1217. Januar 8.

Nos Otto dei gracia Herbipolensis episcopus. Hiis, que apud fideles geruntur, negociis, ut in vigoris sui perenni et stabili firmitate iugiter perseverent, necessarium et expediens est, efficax litterarum testimonium adhibere. Notum igitur facimus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, quod, cum in loco quodam nostre dyocesis, qui vulgo Durzpurne¹ dicitur, quem nobis per manus bone memorie Conradi de Stoleberch et fratrum suorum Ludewici et Heinrici de Nortenberch collatum nos ecclesie Cellensi² tradidimus, dilectus noster frater Hartmannus in nomine domini et in honore sancte Kunegundis novam quandam fabricam feliciter inchoaret, dilectus noster Sigelohus in Ingesinde plebanus, in cuius parrochie terminis idem locus situs est, fratrem eundem impetiit et super eo, quod eadem nova fabrica vel ad ipsum et parrochiam suam pertinere deberet vel in suum et parrochie sue non deberet construi preiudicium, eidem fratri movit cum instantia questionem. Ut autem omnis inter ipsos questio sopiretur, de nostro et dilecti confratris nostri domini Arnoldi prepositi de Onoldespach et archidiaconi consilio et consensu inter ipsos taliter est conventum, quod idem frater Hartmannus in predicti loci et predictae fabrice concambium et restaurum quatuor iugera vinearum apud Frickenhusen, unum in Bochenroth³ situm et tria in Novo monte⁴ ab altera parte Mogi sita, tradidit et donavit ita, ut et locus predictus et fabrica pretaxata a predicti plebani et omnium successorum suorum impetitione omnibus postmodum eius segura et libera permaneat et consistat. Preterea in predictae commutationis et in perpetuam prefate rei geste memoriam predictae parrochie Ingesinde a prefata fabrica et capella lumen unum de una libra cere in die sancti Michahelis singulis

¹An diesen Namen erinnern noch im 16. Jahrhundert die Dursswiesen bei dem wohl nach Beginn des 13. Jahrhunderts begonnenen Kloster Bruderhartmannszell, an dieses letztere selbst der Klosterhof, einige 100 Schritte südöstlich von Hausen am Bach (vgl. zu diesem Kloster G. Bosser in Württembergische Vierteljahreshefte 1887, S. 144ff).

²Oberzell.

³Wohl ein Flurname der Frickenhauser Markung.

⁴Ein auf neueren Karten wenigstens nicht vorgemerakter Berg.

II

annis in perpetuum offeretur. Ut autem predictorum veritas evidenti et iugi in perpetuum vigeat firmitate, nos presentem cartam conscribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Heinricus abbas Cellensis⁵, Hermannus prepositus inferioris Celle⁶, Heinricus de Nortenberch, Waltherus Husere, Heinricus Husere, Arnoldus dapifer, Fridericus, Ludewicus de Vphenheim, Hermannus sacerdos, Sefredus, Liupoldus scultetus de Rotenburch, Waltherus de Langenburch.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XVII^o., pontificatus domini Honorii pape anno secundo, episcopatus nostri anno XII., sexto idus Ianuarii⁷.

—

Nach einer vom Stadtmagistrat Rothenburg a. d. Tauber auf Grund einer Abschrift auf Papier mitgeteilten Abschrift, in Bezug auf welche das bereits S. 409 gesagte gleichfalls gilt.

⁵Oberzell.

⁶Unterzell.

⁷Die Daten stimmen nicht ganz zusammen, die Regierungszeit des Papsts entspricht dem Jahr 1218, des Bischofs dem Jahr 1219.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Rothenburg ob der Tauber

Signatur/Titel des Originals:

U 4528

Regesten:

Schnurrer: Urkunden Rothenburg, Nr. 5., S. 3.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

Ortsindex:

Ansbach, AN

Dürsbronn

Frickenhausen am Main, WÜ

Hausen am Bach Wohnplatz (3201)

Hausen am Bach, Rot am See, SHA

Insingen, AN

Klosterhof Wohnplatz (3209)

Klosterhof, Rot am See, SHA

Langenburg Wohnplatz (3008)

Langenburg, SHA

Nordenberg, Windelsbach, AN

Oberzell, Zell am Main, WÜ

Rothenburg ob der Tauber, AN

IV

Stollburg, Oberschwarzach, SW, W

Uffenheim, NEA

Unterzell, Zell am Main, WÜ

Würzburg, WÜ